

Elia.

Rabbanus. Dixit Elias Thebites; ac si non haberet alium patrem, aliam matrem, vel genealogiam, nisi tantum predicare, docere ac zelare Dei gloriam. Vel dicamus ut notavit Eliaus lib. 1. 2. variarum historiarum; quod Cato, & Marius sine parentibus apud Romanos inveniuntur, ut quasi de celo lapsos populus existimaret. Magnus elias sic illustratus fuit divina gratia, ut quamvis haberet parentes in terra, potius videatur à divina gratia procreatus, quam à natura datus.

QUESTIO VIII.

De loco, ac merito Elie, & Henoch?

62. Hæc communiter hic inquirunt Interpretes, & primò, quantum ad locum; D. Irenæus. S. Irenæus Policarpi, Smyrnenfis episcopi, Joannis Apostoli auditoris discipulus, quem D. Epiphanius. D. Epiphanius. hæresi 24. & 31. successorem Apostolorum appellat. Is, inquam, S. Irenæus lib. 3. cap. 3. affirmat, se à senioribus qui Apostolos audierunt, accepisse terrestrem paradisum adhuc extare, in eoque usque ad finem mundi vivere eliam, & enoch, quam questionem tractavi tom. 5. in evang. lib. 9. cap. 10. quæst. 1.

Secundò, quæritur an sint modo in statu merendi? affirmativam sententiam securus sum tom. 3. in evang. cap. 31. quæst. 15. n. 89. Cum Abulensi, episcop. Tenaf. henriquo, Viegas, Lefana, qaos ibi citavi: eandemque sententiam tenent Malveda de Antichristo, lib. 10. cap. 8. §. An nunc mereantur. Doctissimus Joannes de La Haye hic in expositione, quia valde alienum videtur à divina bonitate, quod viri sanctissimi, & valde promeriti priventur per tot sæcula æterna beatitudine, ac ratione merendi, cum mortem non gustaverint, & adhuc sint in vivis.

64. Nec contra hoc obstat, quod ipsi sunt extra communem modum vivendi; quia etiam ipse elias, dum ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, sine ullo alio cibo, & sine requie, & somno: & Moyses cum steteret in Sinai quadraginta diebus, & noctibus; & per plures dies S. Catharina Senenf. à feria quarta cinerum usque ad diem Ascensionis, sola eucharistia, sine ullo alio cibo, & potu: & ferè similiter S. Maria Magdalena de Pazi: & tunc erant extra communem modum vivendi, & sine dubio merebantur: ergo etiam similiter hi duo Patres, cum sint in vivis, & in paradiso terrestri.

65. Nec secundò facit contra nostram resolutionem, quod inde sequitur, ut elias, & enoch, plus mereantur, quam B. Virgo Maria: falsa est illatio: quia meritum non solum crescit ex repetitione actus, sed etiam ex ejus fervore, ac intentione, & ex dignitate personæ merentis, ac cumulo gratiarum ejus, quæ omnia in B. Virg. longè, latèque superant omnes spurias creaturas, etiam collective sumptas.

66. Stat ergo nostra resolutio, quod el. s. & enoch adhuc sunt in statu merendi, ex eo liceat conjecturare, quàm magna sint merita

Elie, & Enoch, qui per tot sæcula sint in acceptatione tot laborum, ac tribulationum, quales erunt sub Antichristo: Erit tunc persecutio, qualis non fuit ab initio nec erit; mortis crudelissimæ inferendæ, ut infra dicam, multorumque opprobriorum, ac injuriarum, quæ mortuis eorum corporibus fiet, & ideo jacebunt per tres dies, & dimidium in platea, ut statim dicam; quodnam meritum, quod per tempora sint in acceptatione tot laborum, cum conformitate voluntatis divinæ, ac subjectione ad divinam providentiam, quæ ita rem disposuit, ac ordinavit, quod satis ad rem citato loco tom. 3. cap. 3. §. 15. num. 89. confirmavi ex Paulo 2. Timoth. 4. Vide ibi d. et.

QUESTIO IX.

Quare Deus ad tantum negotium, duos destinavit testes, nec plures, nec pauciores?

67. IN primo adventu unus tantum advenit præcursor ante Christum; scilicet Joannes Baptista: nunc verò in secundo adventu duo à Deo destinantur præcursores, Elias scilicet & Enoch, cujus rei, ut ait Suarez, tom. 2. ad 3. part. disput. 55. sect. 2. §. Teriò de Enoch. Optima est congruentia Quia scilicet in primo adventu, Christus in immediatè tantum missus est ad Judæos, juxta illud 15. num. 24. Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël, & ideo tantum est missus unus præcursor, etiam ex Judæis. At verò in secundo adventu veniet Christus ad universam Ecclesiam ex Judæis, & gentibus congregatam; & ideo unus præcursor mittitur ex circumcisione, cui specialiter attribuitur Judæorum conversio, Ecclesiast. 48. & restituitur Tribus Jacob: alius verò ex præputio, cui in Ecclesiast. 44. videtur specialiter committi gentium conversio, ut de gentibus præmittitur: quæ ratio non sic est intelligenda, ut Elias sit solum pro Judæis, Enoch pro gentibus: nam uterque ex Judæis, & gentibus multos convertit: propter ergo duplicem populum duplices sunt præcursores.

68. Secundò. Valde mirum sanè, quod Deus in ecclesia sua dederit multos Prophetas, & multos apostolos, multosque Martyres, quod Græcè idem est ac testes, tamen hic ad negotium tantum ponderis solos duos testes designavit. Anseretus. Ecclesia ait, in Prædicatione celesti in duobus testamentis roboratur, ex duobus populis Judæorum, & gentium aggregatur; in duobus præceptis charitatis vivificatur. Tertio in Sancto Sanctorum duo erant Cherubim (ad quos hic fit allusio) positi ad arcam testimonii sustentantes propitiatorium: pari etiam modo, hic duo suo testimonio sustinebunt tam arcam, id est, Ecclesiam, quàm propitiatorium, id est, fidem de Christo propitiatore, ac redemptore mundi Quarto Rupertus ait, quod ad hos duos testes omnes testes reducuntur, nam omnes testes ad duos ordines reducuntur vel ad eos, qui dant testimonium in pace & quiete, ut Enoch qui ambulavit cum Deo, & non est inventus vel ad eos, qui in persecutione, & labore, ac

63. Elias & Enoch in statu merendi. Abulens. Henricquez. Viegas. Lefana. Malveda. La Haye.

64. Preoccupatur obiectio & confirmatur resolutio.

65. Solvitur obiectio.

Præclarè merita Elie, & Enoch.

Suar.

March. 15

Secundò ad ventum duo præcursores.

Eccles. 48. Eccles. 44.

Anseretus.

Ecclesia duplici charitatis præcepto vivificatur.

Elias & Enoch, tanquam duo Cherubim Rupert.

Cornel.

Deuter. 19.

69. Elias, & Enoch Apostoli.

1. Cor. 4.

Interl.

Glossa Ord. S. Bruno.

Hugo Magister.

D. Anselm.

71. Munoz.

72. Thom.

73. Thom.

Elias, sic ait: Duo sunt testes; alii, qui in pace sancta Ecclesia fideliter viventes, loquendo pariter, & scribendo testimonium veritatis perhibuerunt; alii, qui in persecutione, pro fidei statu pugnando sanguinem suum fuderunt, &c. Quintò Cornel. à Lap. Christus misit Apostolos binos predicare Ihi duo erunt Apostoli Christi; ergo bini mittentur ad Prædicationem: & ut dicitur 16. 19. num. 15. In ore aurum, vel aurum stabit omne verbum.

Quod autem Elias, & Enoch dicendi sint Apostoli Christi ostenditur ex 1. Corinth. 4. n. 6. Ubi Paulus ait: Puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit. Ut explicat S. Ambr. Sanct. Anselmus, Intellect. Glossa Ordinaria, Cardinalis Hugo, Magister. Et quod deus nos ostendit, tanquam novissimos Apostolos, Eliam & Enoch. Interl. Apostolos novissimos similes Elie, & Enoch. Idem habet Glossa Ordinaria, S. Bruno Hugo, Magister sententiarum: Id est, similes novissimis Enoch, & Elia. Erant inter Corinthios aliqui, qui perverso animo, & maligno ore detrahebant Apostolatam Pauli; ut ipse suam dignitatem Apostoli tueretur, ait se mulas persecutiones, ac tribulationes sustinere pro Prædicatione Evangelicæ veritatis ut etiam sustinebant elias, & Enoch prædicantes contra Antichristum.

D. Ambros. ad citatum Pauli: Hoc ideo, ait, personæ suæ deputat, quia semper in necessitate fuit, persecutiones, & pericula ultra ceteros passus, sicut ut passuri sunt Enoch, & Elias, qui ultimo tempore futuri sunt Apostoli: missi enim debent ante Christum, ad præparandum populum Dei, & manendas omnes Ecclesias, ac resistendum Antichristo. Similiter & D. Anselmus. Puto, ait, & pro certo scio, quod Deus hos Apostolos novissimos ostendit mundo, quibus nulli succedent Apostoli, tam perfecti, tam necessarij saluti hominum quales apparebunt in novissimo tempore Elias, & Enoch, quos Deus reservat, ut filios Israël ab Antichristi educatione liberent, hos ostendit novissimos, id est, illis novissimis præconibus consimiles.

71. pro quo bene ait M. Petrus Munoz in propugnaculo Elie lib. 3. cap. 1. art. 1. num. 2. de Apostolo Paulo loquens: Quia ipsorum Apostolatam, ait, complectens erat in illis duobus Apostolis Enoch, & Elia, qui munus Apostolicum cõplectunt, novissimè prorum, quia tales fuerunt, quales erant novissimi: ea propterea ratione qua Baptista dicitur Elias venisse, qui venturus est, quia utriusque munus par præcursoris, & spiritus ejusdem, & virtutis: ita duodecim primi, & duodecim novissimi Apostoli. Ideo primi dicuntur Apostoli novissimi, id est pares in Apostolica dignitate. Malveda lib. 10. de Antichristo cap. 8. §. 2. An nunc mereatur? Linea secundò, profus, ait, ver a ipsi magni erunt Christi Apostoli, & Apostolico munere rever fungentur Elias, & Enoch.

72. Quod maxime probatur ex tribus, quæ requirantur ad munus Apostolicum, ut docet D. Thomas 1. Corinth. 14. lect. 3. Ubi sic ait: Majores ministri in Ecclesia, sunt Apostoli, ad quorum officium tria pertinent. Quorum primum, est auctoritas gubernandi fidem populum, quæ proprie pertinet ad officium Apostolatam. Secundum facultas docendi. Tertium, potestas miracula faciendi, ad confirmationem doctrinæ: & de his tribus habetur. Luc. 6. ubi dicitur: Convoca-

ris Jesus duodecim Apostolis, & et ita Sa. & Doctorem intelligunt, ac sequuntur Caieran. Caiet. Abulens. Toletus. Tenas. Justin. Corn. Valent. Suar. tom. 1. opus. tract. 1. de Romano Pontif. cap. 4. Abulens. præfatione in Math. cap. 2. & 3. Tulerus in cap. 9. Luc. Episcopus Tenaf. in Epistol. ad Hebræ. lect. 1. & 2. p. 2. l. 3. Benedictus Justin. disp. 1. de munere Apostolico Cornel. in Epist. 1. ad Titum n. 7. Valent. disp. 1. punct. 7. §. 2. Suar. tom. 2. ad 3. disp. 2. sect. 5.

73. Quæ tria maxime resplendebunt in Elia, & Enoch; nam illa verba quæ dicuntur inf. à n. 6. Habent potestatem claudendi Cælum, & percussere terram omni plaga. Quæ non solum intelliguntur de potestate materiali, sed etiam spirituali, ad moderandos fideles cum indulgentia peccatorum, ut docent ibi Rupertus, Celius, Pannonius, Malveda, & alii quos infra ad citatum locum adducam; duo verò alia, scilicet, potestas sermonis, potestà que miraculorum sunt nota.

QUESTIO X.

Quare ex omnibus sanctis veteris Testamenti Deus elegit Eliam, & Enoch ad stabilimentum Ecclesie contra Antichristum.

74. Quis poterit scrutari sensum Dei; tamen quantum humana infirmitas patitur, aliquid conjecturæ liceat; nam in lege veteri fuerunt sanctissimi Patres, justitia, puritate ac virginitate, ut Abel Religione, & cultu Dei, ut enos, qui cepit invocare nomen Domini, fide, spe, ac charitate, ut Abrahamus zelo honoris D. vini, ut Phinees Num. 25. n. 13. Cur ergo ex omnibus hos duos Eliam, & Enoch elegit præ aliis.

75. ut sanè magna laus est horum duorum virorum quod Deus, qui de lapidibus istis potest suscitare filios Abraham: sic sibi complacuit in virtute, justitia, ac magnanimitate elie, & Enoch, quod eos tanquam in peculium reservaverit, ad stabilimentum, ac subsidium sue Ecclesie militantis in magna pressura, ac persecutione, qualis non fuit, nec erit ab initio.

76. Ad nostram questionem et primò sumi potest ratio ex ipsorum nominum Æthymologia. Nam Enoch idem valet, ac renovatus D. Cypri. de montibus Sina, & Sion: Enoch, ait, in consummatione mundi innovari debet in mundo, unde etiam translatus est, ad confundendum; & revivendum Antichristum; & ideo Enoch interpretatur renovatus. Similiter ut notat Cornelius à Lapide in Malach. cap. 4. n. 6. Converteret cor Patrum ad filios; Elias Thebites ex radice Hebraica idem valet, ac renova, convertens, & restaurans; nam per ipsos mundus erat renovandus, ac restaurandus. Unde bene ait Caliodorus lib. 2. art. 7. Grata sunt nomina, quæ designant proximè actiones; ubi in vocabulo concluditur quod geritur. Sed cur Deus voluit eos talibus nominibus insigniri, & ad tantam renovationem, & restorationem.

77. Idem etiam ratio Deus altissima sua providentia hos duos sanctissimos viros Eliam, & Enoch elegit, & deputavit ad stabilimentum, ac

Caiet. Abulens. Toletus. Tenas. Justin. Corn. Valent. Suar.

Rupert. Celius. Pannon. Malveda.

74.

75. Elias, & Enoch, tanquam peculium reservaverunt.

76.

D. Cypri.

Cornel.

Nomina designant actiones.

77.

Elias & Enoch primi istius orbis reformatores, & reformatores.

munimen suae Ecclesiae contra errores ac vitia Antichristi; nam hi duo fuerunt primi, qui mundum reformatunt, restaurarunt, ac expurgarunt, ab ignorantibus, & erroribus ac vitiis, & peccatis, quibus sepultus tenebatur, Enoch fuit primus, qui verbo, & scripto Sacram Scripturam, mysteria fidei, ac necessaria ad salutem praedicans, & docens, literis mandavit, educens orbem ex tor inscientiis, ac erroribus in quibus jacebat; Elias fuit primus, qui Monachatum, ac Religiosam vitam instituit, mundana vitia, ac carnis concupiscentias conculcans, Apertissime ergo hi eliguntur, ut totum mundum restaurarent, redintegrarent, ac expurgerent, ab erroribus, ignorantibus, vitiis, & peccatis quae introducta erunt per Antichristum; expediabat enim, ut tam fideles ministri, in tantis probati, ad hoc officium assumerentur.

78. Enoch primus Scripturam docuit, & librum scripsit. Judas Apost.

Restat nunc probare id quod supponitur, & primò de Enoch Judas Apostolus in sua Canonica num. 14. Prophetavit autem, ait, & de his septimus ab Adam Enoch dicens: Ecce venit Dominus in sanctis nubibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios, &c. Prophetavit, id est, docuit, & praedicavit, quod de eo dicitur primo, & de nullo alio antecedenti, licet illi primi Patres in fide instruxerint filios particulariter, Enoch publicè, & tanquam Magister; è cathedra, & literis mandavit, & librum composuit, Antiquissimus Anonymus Graecus apud Lypoman. Genes. 5. Enoch primus litteras dedit, & signa Caeli & conversionis temporum scriptor fuit. D. August. lib. 15. de civitate Dei cap. 13. ait: Scripsisse nonnulla divina illum septimum ab Adam, negare non possumus cum haec dixerit Judas in Epistola sua Canonica.

Anonym.

D. August.

Tertull.

D. Hieron. D. Athan. Clem. Alex. Philip. Abb. Didym. Beda. Bellarm.

Unde Tertullian. lib. de habitu mulieris cap. 3. tenet, hunc librum à diluvio servatum in arca, aut à Noè, afflatu Sancti Spiritus memoriter redintegratum; sic consentiunt, S. Hieron. lib. de Scripturis Eccles. in Enoch; S. Athanasius in Synopsi, Clemens Alexandrin. lib. 6. Stromat. Philip. Abbas de silentio Clerico cap. 20. Didymus, Beda in Epist. Judae, B. Ilarm. de verbo Dei cap. 18. §. Respondeo; & sic Patres communitè dicunt, librum Enoch esse Apocryphum, ex eo est, vel quia ipse liber Enoch multis fabulosis vitiatus est à Judaeis, & hereticis; vel quia liber Enoch antiquitate deperditus est, & ejus nomine alius liber suppositus est à Judaeis, ut advertunt Tertull. citat, & multi DD. apud Salian. tom. 1. anno mundi quæst. 81. n. 14. & Fevarden. Benedict. Justin. Corneli. in Epistolam Judae Apostol.

Tertull. Silian. Fevarden. Justin. Corneli.

79. Elias Monachorum princeps, ac Religiosae vitae institutor. Martyrolog. Aegyptium, Arabicè conscriptum die 20. Julii: Hic Elias, ait, Propheeta fuit primus in veteri lege, qui deserta incoluit, & Monasticam in montibus vitam egit: S. Dorotheus Martyr. in libro, qui dicitur Synopsi Prophetarum; & habetur in Bibliotheca magna tom. 1. Elias, ait, hic primus ex hominibus est, qui hominibus eum sum ad Caelum. submonstravit. Primus ex hominibus unam Angelorum, & hominum vitam ostendit. Hoc apertis verbis docuerunt. D. Hieron. Epistol. ad Paulin. D. Isidor. Hispanens. l. 2. de offic. cap. 15. Cassian. de Institut. cap. 2. D. Macharius serm. ad Mon. c. ut ferunt Palinydor. lib. 1. cap. ultimo in fi. &

D. Hieron. D. Isidor. Cassian. D. Machar. Palinyd. Suar. S. Athanas.

Suar. tom. 3. de Relig. lib. 3. cap. 1. S. Athanas. in vita S. Antonii Abbatis, & in vita S. Pachomii. S. Honuphris in lib. cui titulus. Vita Patrum. Et alii, quos citavi tom. 3. in Evang. cap. 31. q. 16. Lefana tom. 1. Annal. in Apparatu cap. 5. quos valde longum esset referre, cum multi sint in magno numero.

S. Honuphr.

Lefana.

80.

Genes. 3.

Rupert. Magn. gloria Elia, quod tantum filiorum sit parentis.

Humilitas Elia.

3. Reg. 19. Rabban.

Sublimis est, & alta gloria magni Elia; qui tantorum Monachorum ac Religiosorum sit tanquam Protoparentis, & primus Auctor. Graviter pondera, quoniam pacto Adamus protuit decipi, ac ei venire in mentem, quod futurus esset Deus cum Diabolus dixit, eris sicut Dii. Genes. 3. num. 4. nam Adamus illustratus erat scientia supernaturali de Deo, & etiam omnibus scientiis naturalibus perfectè sicut præditus erat, quibus apertè tanquam luce meridiana deprehendebat, impossibile esse, se divina natura insigniri, aliquidque divinum in se habere; quoniam ergo potuit, in talem considerationem devenire, se Deum esse futurum; Acute Rupertus lib. 3. in Gen. cap. 1. loquens de Adamo, & Eva ait: Conscii quanta generationis forent patres, & principes, iam sicut Dii, id est revera Dii haberi volebant. Consideravit Adamus, se esse progenitorem totius generis humani, ac tot illustrius virorum, tantorum Patriarcharum, ac Prophetarum, omnium Apostolorum, Martyrum, & Pontificum, Regum, ac Imperatorum, & inde hallucinatus est, ut talis consideratio ei subiret in mentem, quod ille qui erat caput, & radix tot magnorum virorum, plusquam homo erat, & aliquid divinum in se habeat, & quod ut Deus colendus esset. Ac sic Adamus in natura integra cum iustitia originali, cum se cogitaret datum in parentem, ut tot magnos heroes haberet in filios, hallucinatur, evanescit in cogitationibus suis. At Elias tanta humilitate præditus erat, cum se cognosceret parentem tot Religiosorum, ac Monachorum, dicebat: Non sum melior patribus meis. 3. Reg. 19. num. 4. Non sum melior patribus meis, sed omnibus illis inferior, ait Rabbanus in ejus persona.

QUESTIO XI.

Quare, cum Dominus ait, dabo duobus testibus meis, non exprimit tamen donum, quod dabit?

At Dominus: Dabo duobus testibus meis. Oratio videtur imperfecta, & truncata; enim quod dabit duobus testibus, non tamen exprimitur id, quod dabit; & in text. Syriaco nulla est difficultas, ait: Dabo duos testes meos. Nec etiam in text. Arabico est difficultas: Dabo duobus testibus meis, prophetare. Ac si tanquam magnum donum concedatur iustis, pro gloria Dei prophetare, prædicare, & laborare. Tota difficultas est in nostra vulgata; quæ habet: Dabo duobus testibus meis. Communiter respondent expositores: Dabo duobus testibus, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes adversarii; sed cur hoc non exprimitur, est tota difficultas.

81. Difficultas.

Syriac. Arabic. Pro magno dono datur sanctis, laborare pro Deo.

82.

Respondent D. Thomas in præfati: Dabo duobus testibus meis: In hoc, ait, quod donum non exprimitur, intelligitur magnitudo doni; non enim

Joan. 1.

Joan. 3.

valde diffi- le, explicare Elia magna- tis.

D. Isidor.

enim dicitur: quod eis dabit, quia non est facile narrabile. Quomodo Ange icus Deo tor talem conclusionem, ac refo ut one n in publicum prodit, Non enim dicitur, quod eis dabit, quia non est facile narrabile? Ipsa magna Aquia Joannes æternam generationem, ac sacrum Triadis mysterium nobis aperuit: In principio erat Verbum: Consubstans a litatem Patri s cum filio nobis declaravit: Et Verbum erat apud Deum. At tiffimum Incarnationis mysterium nobis revelavit: Et verbum caro factum est. Ingentes D vini Amoris, d v tias nobis notas fecit: In suam dilexisti eos. Quæ omnia altiora sunt, & immensum superavit Elia: ac Enoch magna; quomodo ergo de istis affirmatur Non dicitur quod eis dabit, quia non est facile narrabile. Cum Evangelista pertra ctat, quæ ad Christum spectant, agebatur res de vero deo, & homine, & cum Deus dicitur, omnes perfectiones in eo continebantur, omnia que perfectio nis immensus est pelagus. At verò; cum nos ter Evange ista de uno puro homine. utpote Elia pertra ctat ad ipsu nque verit sermone m, perdifficilè visum est, de uno puro homine tot donorum, ac excellentiarum magnitudines dicere, & publicare; & inde i las silentio involvit, ac premit. Albertus Magnus in præfati, pot excitatam nostram quæstionem ac difficultatem sic responder: Dabo duobus testibus meis ait, Dabo a ei; nunquid ad sion induit, illud esse i, effabit, quod a bit.

Incipit sacer Text. narrare historiam Elia, & primò ante omnia de eo ait: Dixit Elia s Trochites: Vobis Dominus Deus Israel, si erit annis his vos, & pluvia, nisi juxta verba mei verba. 3. Reg. 17. num. 1. Cur Scriptura in medium non proponit ejus progenitores, ac generationem, ut in aliis sit? cur eju eximias virtutes, zelum, charitatem, paupertatem ac virginitatem non refert? sed illis omnibus omissis, statim in primo limine: Si erit annis his vos, & pluvia, nisi juxta verba mei verba. De quo ait D. Isidorus in vitis Prophetarum: Summa hominis potestas: & nihil majus sanè potuit homini concedi quam quod ipse existens in terris, haberet dominatum in Caelum.

Graviter ponderat Albertus Magn homil. 2. de Annuntiatione, quod antequam omnes viros illustres ad magnas dignitates exaltaret Deus, prius in illis magna, & præclara merita ostentavit, t inde fieret evidens, quam aptè, & convenientes erat il is proport onata dignitas. Antequam Noè constitueretur veluti protoparentis ac seminarium totius generis humani, de illo dicitur: Noè vir iustus, atque perfectus fuit in ge. a. totibus suis. Genes. 6. num. 8. An quæ Abrahamus el geretur. Pater æterni Verbi incarnati In semine suo benedictionem omnes gentes. Genes. 12. num. 8. Prius tamen tentavit Deus Abraham præcip ens ej. exire de terra sua, & cognatione sua atque ei unigenitum filium suum Isaac sacrificare: antequam Josef h ad principatum Aegypti ac clavum e us assumeretur. Tu eris super domum meam. Genes. 41. num. 11. Tot labores! Ille perpassus est, ut sit veluti quædam tragæd. ecce ille denudatus in cisternam missus, venditus captivus & incar. ceratus; Moyses antequam totius populi libe-

litici esset dux habitus, multas controversias, ac contrarietas habuit cum Pharaone, ut veluti quoddam navale bellum reputari possit: sic & similiter D. vid cum Saule. antequam coronam regni esset adeptus. At in beatissima Virgine Maria, in qua illustriora merita super omnes puras creaturas resulerunt, primum quod de ea dicitur in toto testamento novo, est præexcellsa dignitas maternitatis Dei, de qua natus est Iesus. Marth. 1. num. 16. Cur in ipsa mutatur stylus, & phrasis Scripturæ? cur non potius dicuntur illius merita, & potius dignitas, ut in aliis? Citat Albert Magn Dignitate comprobatur meritum; Merita Noè, Abrahami, Joseph, Moyses, David, & aliorum possunt verbis humanis dici, & explicari; At merita Virginis Mariæ adeo excellent caprum nostri intellectus, ut nulla sint verba, nulla methodus, ac phrasis, quibus declarari possint; sed solum ipse dignitate manifestata sunt; & dignitate comprobatur meritum. Ipsa suprema dignitas ejus, quæ ma or nulli puræ creaturæ poterat conferri ostendit & manifestat, merita ejus esse super omnes sim. les puras creaturas.

Marth. 1.

Merita Virgini s Maria.

85.

Primum, quod de Elia dicitur, est summa hominis potestas, & nulla major potest potuit dari homini existenti in terra, quam dominatum in ipsum Cælum ad aperiendum, & claudendum; cur non prius scribitur e us charitas, Dei zelus, prompta obedientia ac omnium mundalium contemptus, & cetera ejus virtutes, ut sit in al is sed primo omnium scribitur summa hominis potestas; aliorum merita sanctorum possunt humana methodo ac phrasi significari; at verò Elia adeo excelsa, ut nullis humanis verbis possint declarari, sed d gnitate. Comprobatur meritum. Unde merito Albertus Magn. ait: Dabo dicit, nunquid ad signandum, si ud esse in ffabile, quod dabit.

Elia merita non possunt verbis expricari.

86.

Et quid mirum, quod merita Elia adeo præexcellsa sint, ut non valeant ullis verbis explicari, quando adeo magna sunt, ut non sæculo concludantur, sed & multa amplectantur, & ad illa se extendant. Altè docet D. August. lib. 5. de Civitate Dei c. 11. quod in lege gratiæ omnia sæcula, recapitulantur: Hic enim fit, nova regeneratio, ac creatio hominis, novæque lux replenduit in orbe, novumque divium spirituale peccatorum sanguine Christi hæ factum est, si ergo in hac lege Evangelica, ac recapitulatione temporum, oculos, conjicimus ad ejus principium videmus virtutem, & spiritum Elia. In virtute, & spiritu Elia. Luc. 1. num. 17. Si verò oculos convertimus ad ejus finem, invenimus personam Elia, cum sua doctrina, Prædicatione, ac miraculis: Mis am vobis Eliam Prophetam. Malach. 4. num. 6. Ac si magnanimitas, ac generositas spiritus virtus, ac zeli Elia; non potuerit uno sæculo, ac tempore concludi, sed ad multa se extendit, illaque amplectitur.

Generositas Spiritus Elia non concluditur uno sæculo, sed multa amplectitur.

Luc. 1.